



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Canonicus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

betur pro prouisionibus & interesse, ad-
dere ad sortem, ratione lucri cessantis
Less. & alij 2. *ibid. ref. 31.*

7 Consuetudo camporum de non ac-
ceptandâ solutione sortis, nisi simu-
soluantur detrimenta cambiorum, cl-
licita. Malder. & alij 3. *ibid. ref. 12.*

8 Campores dantes ad cambium mo-
do supradicto, non sunt in foro exten-
no tamquam usurarij puniendi. Salua-
torius. *ibid. ref. 13.*

9 Campor qui bonâ fide dedit pecu-
niam Petro ad cambium, soluenda
Meßanæ, & posteâ comperit ipsam
non habere ibi pecuniam; potest ab ei
tantum exigere, quantum lucri perci-
pisset, si Petrus Meßanæ soluisset. Mo-
lina & Lessius *ibid. ref. 14.*

10 Si campor à principio paciscatu-
cum campario certum ac determina-
tum interesse, etiam in casu non solu-
tionis, modò moraliter constet illud ei-
se iustum, non peccat mortaliter, Le-
sius & alij 2. *ibid. ref. 15.*

Canonicus.

1 **C**anonicus qui recitat quidem o-
ficium in choro; sed non cani-
cisi ex iure antiquo, & primâ institu-
tione

tione, videatur peccati mortalis reus; rāmen ratione consuetudinis excusat, & potest percipere distributiones quotidianas, saltem medium partem. Lessius & alij 8. p. 2. tr. 12. ref. 6. & 33.

2 Canonici notabiliter confabulantes in choro, peccant mortaliter, & tenentur ad distributionum restitutio- nem. Suar. & alij 9. licet de restitutione quidam negent. Garsias & alij 4. ibid. ref. 7. Quod iām iudico absolute probabile ex auctoritate Sanchez: dantur enim eae distributiones, ut chorū suā præsentia cohonestent. Quare, etsi nec ibi, nec priuatim recitarent horas, non tenerentur ad earum restitutio- nē; quia hæc non includuntur sub nomine fru-ctuum. Sanchez. p. 4. tr. 4. ref. 149.

3 Canonicus cæcus, vel surdus, potest abesse à choro, & tamen lucrari distributiones. Barbos. & alij 2. part. 3. tract. 6. refol. 14.

4 Probabile est, Canonicum qui abest à choro sine causâ, animo amittendi distributiones, non peccare mort. modò absit contemptus, & non sit causa, cur officium diaconum in Ecclesiâ non dicatur, aut non cum debitâ solennitate. Reginald. & alij 8. p. 4. tr. 4. ref. 217.

& p.2.tr.12.ref.31. Non omittitur autem chorus, si quatuor sunt praesentes: nam quatuor Canonici constituant chorum. Macigni. p.2.tr.12.ref.31.

5 Qui tribus, vel quatuor diebus ultra tempus a Concilio permisum abest a choro, peccat solum venialiter, ex paritate materie. Faust. p.5.tr.5.ref.26.

6 Coadiutor Canonici praebenda presbyteralis, sedere debet in choro ante Canonicos praebendae diaconalis, & Coadiutor diaconalis ante onines subdiaconalis: quia Coadiutores inseruiunt in eodem ordine, in quo coaduti. Gauant. & Leone. p.4.tr.4.ref.88.

Capellanus.

1 **Q**uando fundator Capellaniæ Sacerdotalis, illam constitutus, vñus est verbis affirmatiuis, v.g. instituatur Capellanus Sacerdos qui Missas celebret, poterit illa conferri etiam illi, qui non est actu Sacerdos, modò sit aptitudine, ira ut intra annum fieri possit, sicut sit in beneficiis parochialibus. Gonzalez & alij 3. Quod si tantum dicat; Instituatur Capellanus qui Missas celebret, poterit illa conferri etiam Clerico 14. annorum, quia illa verba

non